

173.

Johannes Abt und der Convent des Klosters zu Alzelle bekennen, die Kaufsumme für den Bauplatz des Augustinerklosters in Grimma von diesem richtig empfangen zu haben. 1313.

*Hdschr.: Or. Perg. Hauptstaatsarchiv Dresden No. 2005. Die beiden SS. 1) das des Abtes von Alzelle (beschädigt),
2) das des Abtes von Buch (?) (Fragment) an Pergamentstreifen.
Ann.: Vergl. Lorenz Grimma 57 und No. 23. 165.*

Universis Christi fidelibus presentem litteram auditoris frater Iohannes abbas totusque conventus Celle sancte Marie Cysterciensis ordinis et Misnensis dyocesis recognoscimus —, quod fratres Augustinenses habitantes in civitate Grimmis summam pecunie, quam nostre ecclesie pro area in qua sedent promiserunt et dare debuerant, persolverunt. Insuper inter dictos fratres et nos et nostram ecclesiam multis coram honestis viris finaliter ordinatum est sic et tractatum, quod eos de toto pretio ex nunc dicte aree liberos dimittimus et solutos et ipsam aream tytulo proprietatis et eo iure debent habere et in perpetuum possidere libere et quiete, sicut nos et nostri antecessores eam tenuerunt et possederunt sine inpetitione cuiuslibet multis annis et temporibus iam transactis. Horum testes sunt dominus Theodericus abbas cum suo subprior de Buch, frater Almundus prior, frater Iohannes dictus de Poppyndorph, frater Fridericus, seniores abbates, frater Henricus cellerarius, frater Gozwinus magister hospitalis domus nostre et alii plurimi fide digni. Tractata sunt hec anno domini m° ccc° tercio decimo.

174.

Burggraf Albrecht der Aelttere von Leisnig erläßt den Augustinern den von dem Platze der Klostergebäude an ihn zu entrichtenden jährlichen Zins von 6 Denaren. Grimma, 1317 Juli 6.

Hdschr.: Or. Perg. Hauptstaatsarchiv Dresden No. 2097. Das am Rande beschädigte S. des Burggrafen an Pergamentstreifen.

Ann.: Die Urkunde wird von Schöttgen und Kreysig Diplomataria et scriptores hist. Germ. 2,328, von Dippoldt Landschule zu Grimme 10 und Dreßlener gelehrte Anzeigen 1783, 117 fälschlich in das Jahr 1297 gesetzt. Vergl. Lorenz Grimma 1023 Note.

In nomine domini amen. Ab humana de facili labitur memoria —. Nos igitur Albro (*sic*) borgravius de Liznik — presentibus recongnoscimus —, quod nos venerabiles fratres heremitarum ordinis sancti Augustini in Grimmis nobis in Christo dilectos ab omni iure, censuali videlicet sex denariorum singulis annis nobis solvendorum ratione arearum claustrum predictorum fratrum in Grimmis, quo nos et liberos nostros seu heredes respiciunt, eximimus penitus ipsos profitentes ab huiusmodi censu liberos et ab omni impugnatione [f]iliorum^a) nostrorum seu heredum in remedium anime nostre salubre et^b) in remedium predilecte domine nostre dicte Agnetis nec non in refrigerium animarum omnium puerorum nostrorum predictos fratres sancti Augustini a persolucione predicti census absolvimus et perpetuo facimus absolutos. Ne igitur aliquibus successorum

174. a) Loch. b) Das Abkürzungszeichen für et über der Zeile hinzugefügt.